

- A** verbum procedit, ad illud accipit retulisset, sed cū duo illa verba pronomine simul ac p̄positione seiunxerit, dicens a quo procedit, & a quo accipit, dubio procul sensisse v̄i detur, verba ipsa res diuersas significare: illud quidē essentia sancti sp̄s, quam ex patre creditur habere, hoc autē eiusdē sancti sp̄s cū patre filioq; cōuenientia atq; coniunctio nem, qua sp̄s ipse discipulis ea enuntiat, quæ quidē ipsos a filio ediscere oportet. Quā mihi sententiā a Cyrillo, atq; Iohanne Chrysostomo sumpsi. Nā hic illud, de meo accipiet, declarans, de mea (inquit) intelligentiā, qua dictis meis conuenientia nuntiabit. Ille autē in thesauris (inquit) non em̄ filius suam patrisq; differentiā declarare volens dixit, de meo accipiet, & annuntiabit vobis, verū q; sanctus sp̄s verbis eius vteretur, qui quidē qm̄ eiusdē naturæ ac substantiæ cū filio est, idcirco æque ac ipse filius operatur, ac loquitur. Si quidē igitur illud, de meo accipiet, & annuntiabit vobis, iuxta sanctos ipsos, tantū ad verba filij refertur, sequitur ex eo, nos minime credere debere, sanctū spiritū a filio accipere esse. ¶ Orationē tuam, P. R. bene percepimus, qua quidē probare volebas longe me aliter Epiphaniū dictum exposuisse, q̄ ipse sensisset, ego autē in eadē opinionone persistens, eodem ipso dicto probabo, sanctū sp̄m a patre & filio accipere eē. Eri enim non potest, neq; mente concipi, vt vna res ab alia sit, nisi ab eadem accipiat eē, qua lecunq; fuerit illud eē: Quoniam autē res creatæ apud Dionysium in de diuinis nominibus libro, a deo sunt, vt ipsi quoq; fatemur, quæro ex te, vt ū intelligēdū sit ita, vt a deo eē accipiant, nec ne? ¶ Ita prorsus, sed cōmuniter verum non est, vt cū quicq; ab alio eē dicatur, necesse sit intelligere, ab eodē etiam accipiat eē. ¶ Credis ne res creatas a deo habere esse? ¶ Credo equidē. Ideo em̄ creatæ res nuncupant, q; earū deus causa est. ¶ Quoniā autē res creatæ a deo differenter accipiunt eē, idcirco etiā differenter a dei substantia appellatur. Verū Epiphanius, simpliciter (inquit) sp̄s a filio est: quod quidē verbum, est, quia infert eē: quid aliud obsecro potest ex eo inferri? Si quidē igitur credendum non est, esse sp̄s, ab eē filij differre, necesse est, vt credamus, sanctū spiritum illud idem eē habere a filio, quod a patre habere creditur, vt verbū, est, Epiphaniū, manifeste significat. ¶ Legatur (si lubet) idē Epiphaniū dictū, tamen, patres amp. autoritas hæc corrupta videtur eē, vobis nihilominus eadem ipsa satisfacere possumus, dicentes verbū, est, scriptum in ea non eē, Sanctum em̄ sp̄m (inquit) qui ex vtroq; absq; verbo, est. ¶ Ita dicere a deo (inquit Epiphanius) nec sanctum spiritum nouit alius quis nisi pater & filius, a quo procedit, & a quo accipit. Verbū ergo, procedit, ad patre refertur, illud autē, accipit, ad filium. Deinde declarans, quid nam illa duo verba significent (inquit) Neq; patre & filium, nisi sp̄s sanctus, qui vere glorificat, docēs omnia, q; quidē est a patre & filio. Infert igitur Epiphanius sanctum sp̄m a filio eē. Porro autem in diuinis, est & eē, sunt idem, ac, esse, significatur per, est, vnde plane sequitur, sp̄m a filio habere eē, quemadmodum a patre: Namq; si sanctus Epiphanius nō ita sensisset, ita profecto dixisset, sanctus sp̄s reꝝ creatæ instar, a patre & filio habet esse. Præterea in eodē sermone inquit, Sanctus sp̄s ingenitus non factus, non frater, non auus, a patris filijq; substantia: Credere ergo necesse est, sanctum spiritum a filio habere esse.
- C** ¶ Dicere mihi videris, P. R. qm̄ sanctus sp̄s ex patre filioq; simpliciter dicitur, idcirco etiam ipsum ex eisdem habere eē, ergo necesse est ita sentias, vt sp̄s ex patre, hoc est ex hypostasi vel persona patris sit, similiter etiā ex filio, id est ex persona filij: vnde euenit, vt sanctus spiritus ex duabus personis sit, nisi tu aliter sentias. ¶ Sanctū sp̄m nos dicentes ex patre procedere, patrem ip̄m percipimus, ac ip̄m consideramus, quatenus vna diuina persona est, non secus ex filio proferētes ex ipsius p̄sona procedere mente concipimus. Cū autē ex vtroq; sp̄m ip̄m procedere dicimus, processionem eiusmodi ab vno solo principio fieri credimus, quando quidē ex patre filioq; communiter sit.
- ¶ Si, cum spiritus sanctus ex patre procedere dicitur, patris p̄sonam intelligis, similiter filij p̄sonam cum ex filio: cum autem ex vtroq; dicitur, quid aliud (obsecro) poteris intelligere, q̄ ex vtriusq; persona? Ponamus autem id verum ac necessarium eē, vt cum spiritus ex patre procedere dicitur, ex eius p̄sona intelligatur, & videamus (si lubet) an idem quoq; de filio, ac de vtroq; credendum sit: cum sp̄m ex filio dicimus, aut ex patre & filio, est filij, vel patris simul & filij personis nos oporteat credere, an alio modo?
- Cum ex patre dicimus, ex ipsius persona intelligimus, similiter etiam cum ex filio, quandoquidem patris & filij eadem substantia creditur eē. Emittere autem ita patris &

Iohans,

Mar.
Iohans;
Mar.
Iohans,

Mar.

Iohans;

Mar.

Iohans;

Mar.

Iohans;